

*In oppido Civita di Bagno agri Vestinorum (IX 5610. 5609 vidit Dreszel).* — 1) *Cf. supra N. 2256.* — 2) *Intellege: annos natus sedecim. (Sane tribunus militum ann. VIII, id est per annos novem, reperitur C. III 599).*

**2708** . . . . . [praef.] | fabr., pra[ef. a]lae Aug. Ge[r] mani[c]ianae<sup>1</sup>, | [L.] Calpurnius | Frugi [l.] Philippus | b. c.

*Antiochiae in Pisidia (III S. 6824 descr. Sterett et Ramsay).* *Eidem homini eodem loco positus est titulus III 6834.* — 1) *Eadem ut videtur ala memoratur in titulo eiusdem loci III S. 6822, sed dicta ala Aug. Germanica.*

**2709** Vasiens. Voc.<sup>1</sup> | C. Sappiō C. filiō Volt. | Flávó | praeffect. Iúliénsum<sup>2</sup>, tribún. | mīlitum leg. XXI Rapácis, praeef. | áláe Thrácum Hérculániae<sup>3</sup>, praeef. | rípae flúminis Euphrátis<sup>4</sup>, | qui HS [XII] ref publicae Iúliénsum<sup>5</sup> | quod ad HS [XXXX] ússúris perdúcerétur, testámēto reliquit, idem | HS L ad porticum ante thermás | marmoribus órnandam légavit.

*Vasione (Vaison) rep. (XII 1557 descripsit Hirschfeld).* — 1) *Cf. supra N. 1521 not. 4.* — 2) *Cf. not. 5.* — 3) *Alius praefectus eiusdem alae est II 4259.* — 4) *Munus praeterea ignotum; diversum puto fuisse munus Iulio Tutori a Vitellio iniunctum (Tac. hist. 4, 55), de quo monuit Henzen.* — 5) *Respubica Iuliensium iudice Hirschfeldio (C. XII p. 461) est ipsa Vasio, distinguenda a republica Vocontiorum.*

**2710** [Ti. Claudio] | Ti. f. Quir. Alpino<sup>1</sup> | praef. alae Gallic., | trib. leg. II Aug., | praef. coh. II pr.<sup>2</sup>, | don. don. bello Germ.<sup>3</sup>, | Claudia Ti. f. Marcellina | marito optimo.

*Veronae (V 3386 vidit Mommsen).* — 1) *Filius Ti. Claudii Augustani (C. V 3337), idem postea dictus Bellicius Sollers (supra N. 4031).* — 2) *Nota praefectum cohortis praetoriae, pro tribuno; fortasse significatur non cohors secunda ex praetorio imperatoris, sed cohors quaedam auxiliaria, dicta praetoria (cohors Lusitanorum dicta praetoria est supra N. 617; de ala quadam praetoria cf. supra ad N. 2539).*

**2711** M. Valer. M. f. | Gal. Propinquo | Grattio Cereali | Edetano<sup>1</sup>, flam. p. H. c.<sup>2</sup>, | cui honores civitatis | suae resp. ac genio | lusit.<sup>3</sup>, adlecto in | equite a T. imp.<sup>4</sup>, praef. | fabr. bis, praef. cohор. | secund. Astur. in | Germ., trib. leg. V Mac. | in Moesia, praef. alae | Prhygum (*sic*), item praef. | alae III Thracum in Syr[ia], | p. H. c.<sup>5</sup>

*Tarracone (II 4251 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Edetani populus Hispaniae Tarragonensis; cf. Huebner C. II p. 509.* — 2) *Flamini provinciae Hispaniae citerioris.* — 3) *Haec non recte excepta.* — 4) *Videtur equo publico exornatus esse a Tito.* — 5) *Provincia Hispania citerior.*

**2712** . . . . . | . . . . . | in Britan[nia praef. coh.] | II Vasconum equit., [trib. mī]litum legionis II Aug., praef. | alae I Asturum<sup>1</sup>, donis donato | corona murali et coronis | aureis III item vexillo et hastis | puris V, honorato ab exercitibus in quibus militavit bigis | auratis et statuis equestribus<sup>2</sup>, Q. Fulvius Euchir | IIIIVir Aug. | amico bene merenti.

*Alcalá del Río, ubi fuit Ilipa provinciae Baeticae, rep. (II 1086 Huebner vidit ectypum).* — 1) *Tam cohors secunda Vasconum quam legio II Augusta et ala I*